



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.X. Lampadii gehaltene Anrede an den Frantzösischen Ambassadeur Comte d'Avaux.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1645. & Status, frangi hoc malorum pelagus posse, & conjunctis nobiscum vi- 1645.
Januar. ribus, rem hanc omnium maximam generosis animis aggredi, Vos unani-
Januar. miter omnes avidissime velle annunciat.

Ulro sane currentes & voluntarios invitastis, neque tardior hæc nostra explicatio fidem verbis accidere debet, qui magnis intervallis disjuncti & impediti varie, vehementer inviti siluimus. Idem nobis semper animus, idem studium, eadem omnino cum Vestra voluntas.

Duo sunt tantum, quæ hic desideramus, & sunt ea, quæ Vos ipsos velle, nostra de Vobis æstimatio summa & fiducia, dubitare sine injuria nominis Vestri nullatenus sinit.

Diluvium hoc, Illustrissimi & Excellentissimi Domini, etiam sua iris, sperandæ Pacis infallibilis index, sequi debet: certa primo est securitas, Salvos dicimus Conductus, pro nostris Ablegandis: deinde, ut, dum conjuncti sumus corpore, & Pacem quærimus, hanc interim armis nemo per hunc Circulum nostrum tentet. Id quod votum nostrum & desiderium maximum est, & a Ductoribus belli Vestris efficaciter observandum, nec non Vestra apud Christianissimum Regem sollicitudine promovendum arbitramur & rogamus. Ita sane toti Mundo commune Vestrum cum nostro studium tranquillandi Imperium & Regna, laude comprobabitur nunquam mortura. Quibus ad officia germanæ amicitiaæ constanter præstanda semper sumus & erimus

Ulma 30. Januar. An. 1645.

Paratissimi.

N. III.

Illustrissimi, Excellentissimi Domini.

N. III.
Andie Schwedische Abge-
sandten.

Tardior ad respondendum desiderio Vestro, calamus noster non idem animus, qui sat alatus in bonum periclitantis Orbis publicum fertur, sub aspectum Vestrum Illustrissimum venit. Peperit hanc moram nulla prorsus ad negotii bene gerendi molem, seu insperata nausea, seu non sperata tepiditas, Temporum difficultas, longior locorum distantia, & varia inter conatus ad hanc Circuli nostri Suevici præsentem Dietam, facta turbatio, si qua culpa queritur, habet. De nobis non dubitamus, ut de Vobis nos ingenue semper, Vos pariter honestissime sentietis.

Novimus Imperii non modo Romani populis, irati admodum cæli iam pluribus annis inimica sidera, sed & Regna complura, & Provincias numero non paucas, in hoc Orbe miserabili bellorum flamma conflagrare, quare non minora Vobiscum studia & desideria tantis incendiis alimus obviandi. Credite nobis, Illustrissimi Domini, in Vestra nos consilia & literas Pacis, totis viribus ire, Vestros propterea componendi Orbis præclarissimos conatus in eo, quo par est, maximo habere pretio. Mittantur tandem itineris salvi, Salvi Conductus, &, quod votis intimis omnis nobiscum exoptat Orbis, arma per Imperium, speciatim vero hunc ejusdem Circulum Suevicum, unanimi consensu Coronarum, interea conquiescant, curare vobis omni studio placeat: hæc si habemus, adsumus, & majori totius mundi fide & spe Pacem revocare collaborabimus. Quæ dum scribimus, Illustrissimi & Excellentissimi Domini, germanæ amicitiaæ nostræ studia offerimus, & in totius Orbis Christiani negotio vires & animos tantis rerum molibus pares, concorditer exoptamus. Ulmæ 30. Januar. 1645.

§. X.

Lampadii ge- Was hingegen vor eine zierliche De- Gesandte D. LAMPADIUS, an den Fran- an den Comte
haltene Rede de, der Braunschweig = Lüneburgische gössischen Ambassadeur, Comte d'A- d'Avaux,
K 3 VAUX

1645. VAUX gehalten, als er denselben zum hatte; ist aus nachgesetztem formular
 Januar. erstenmahl zu sprechen, die Gelegenheit zu versehen: 1645.
 Januar.

LAMPADII oratio ad Legatum Gallicum, CLAUDIUM de MESMES, Comitem
 AVAUTIUM, habita d. 28. Jan. Anno 1645.

Serenissimi & Potentissimi Principis ac Domini, Domini LUDOVICI
 XIV. Franciæ & Navarra Regis Christianissimi Illustrissime & Excellentis-
 sime Domine Legate. Hunc ego diem in prosperis numeraverim, quo
 mihi Tuam Excellentiam contueri & suspicere licuit: quamplurima enim
 virtutis Tuæ encomia me allegerunt, ut jam pridem Tuam Excellentiam
 revereri cœperim & magnificere. Quocirca gratulor mihi de adventu di-
 cam an conspectu Tuo, & natam mihi occasionem later Excellentia Tuæ
 colloquio fruendi, ac adeo gestiret animus, si hic mihi dies gratiam Excel-
 lentia Tuæ & favorem conciliaret. Inprimis vero optaverim, ut propi-
 tio Numine præclara Excellentia Tuæ prudentia in sopiendis dissidijs præ-
 ter cæteros emineat, quo infandis calamitatibus Germania, quibus jam ni-
 mium quantum immersa est, propediem liberetur. Divinæ vindictæ im-
 petu tot miseras atque clades irruisse consentaneum est, at ex eo mitio-
 rem fortunam jam ominari licet, quod Orbis Christiani Monarchæ ac Prin-
 cipes totius fere Europæ Comitia condixerint, ac sapientissimos quosque
 Consiliariorum convenire voluerint de facienda concordia transacturos.
 Christianissimum sane Francorum Regem tam optatæ rei quam plurimum
 opis atque momenti allatarum, in propatulo est: sed & si Excellentia Tua
 eximias rarasque animi dotes eo contulerit, ut multæ miserorum myriades
 innumero pene miseriarum numero eripiantur,

Semper bonos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Celsissimi Principes mei FRIDERICUS & CHRISTIANUS LUDOVI-
 CUS, Duces Brunovicenses & Luneburgenses, Domini mei clementissimi,
 iisdem me Comitibus interesse voluerunt, & nihil omnino reliqui facere,
 quod Paci conciliandæ conducere videbitur; inter cætera vero enixe vo-
 luerunt, ut primo quoque die Excellentia Tuæ & amicitiam ipsorum de-
 ferrem & officia, re ipsa amicis animum ostensuri, ubi ansa præberetur. Si
 etiam fas esset, de meo amore & observantia indicium facere, tum singu-
 lari me fato impelli testificarer, ut non possim non Excellentiam Tuam ve-
 nerari & suspicere, magnopere mihi gratulaturus, si Excellentia Tua suo
 me favore & patrocinio complecti dignabitur.

§. XI.

Was wegen
 Auswechs-
 lung der Ori-
 ginal-Voll-
 machten vor-
 gegangen.

Entschuldi-
 gungen der
 Spanier, we-
 gen Ausfen-
 bleiben ihrer
 Vollmacht.

Mit dem Schluß des Monaths Janua-
 rii, fiel der gesetzte und verglichene termi-
 nus ein, die Originalien der allerseits be-
 liebten Vollmachten, gegen einander in
 Münster auszuwechseln. Die Kayser-
 liche Gesandten hatten die ihrige erhal-
 ten, aber die Spanische war noch zurück,
 welches die Spanier damit entschuldigen
 wollten, daß die Franzosen, durch ihr
 disputiren über die formulam Subscri-
 ptionis, ihnen wol 14. Tage Zeit hinweg
 genommen hätten. Hernach sey der Cour-
 rier, welcher das Formular nach Ma-
 drit bringen sollten, zu Paris etliche Wo-

chen lang aufgehalten worden: Da nun
 die Franzosen bishero noch nicht dahin zu-
 bringen gewesen wären, daß sie, ihrem
 Versprechen gemäß, eine Proposition
 super Mediis Pacis gethan hätten; so
 dürffte man eben so præcise den termin
 wegen Auswechslung der Vollmachten,
 gegen sie nicht observiren. Die Kay-
 serliche Gesandten aber hielten es vor
 bedenklich, den Franzosen neue Gelegen-
 heit zu Auszügen zu geben, sondern woll-
 ten lieber einseitig mit exhibirung ihrer
 Vollmacht verfahren. Endlich langte
 noch am letzten Tag dieses Monaths die
 Spa-